

de nudo ac vacuo signo, non de efficacia $\chi\epsilon\tau\iota\kappa\eta$ absentis Corporis & sanguinis Christi: sed de vero ac substantiali Corpore & sanguine: de signo exhibitivo & conferente: de efficacia, ac participatione presentis Corporis & sanguinis Christi, unanimi consensu fuisse locutos.

43. Et observanda veniunt quatuor potissimum axiomata, quorum in explicandis Patrum dictis, quae ab adversa parte catervatim producuntur, maximus potest esse usus: Primum enim Patres in eo praecipue laborant, ut demonstrent, quali officio atque munere in S. Coena, externa fungantur symbola: quod nimirum sint signa Exhibentia, & conferentia nobis verum Corpus & sanguinem Christi. Quae testimonia sicco pede calva transit cohors.

I.

44. II. Interdum non de substantia S. Coena, sed de eiusdem salutari usu verba faciunt, ac proinde spiritualem requirunt manducationem, quae fit fide in Christum, non negatâ interim orali sive Sacramentali manducatione.

II.

45. III. Interdum vocabulis signi & signati diversa in significatione utuntur. Vnde sub equivocationis fallacia ludunt Sacramentarij: Quae per eam vocabulorum istorum distinctionem est diluenda, de qua in disputatione superiore decima quinta fuit dictum.

III.

46. IV. Interdum non ex professo, sed incidenter duntaxat, & quasi $\pi\alpha\rho\alpha\kappa\omega\delta\iota\kappa\omega\varsigma$, sacrae Eucha.

IIII.